dineq observentur non utendo, immo se cum successoribus omnibus iuris remedijs abre-
nunciando, sue successorum suorum sub amissione totius cause vel solutio-
nem prefati vadij et vadiorum, quo vel quibus solutis utique inscriptioni
presenti et omnibus in ea contentis satisfacere toties quoties opus fuerit
tenebitur et successores tenebuntur. Nulla in premissis omnibus prescriptione
terrestri abusu inscriptionis presentis obstante super quod Memoriale posi-
tum est

Zamiechowski Ill.mus Featri

Constitutus personaliter coram officio et Actis presentibus Castrensi Premisliensi
Generosus Gabriel Zamiechowski. Actis et dictis ac iuribus suis qui-
busvis proprijs, foroque competenti recedendo, Huic vero presenti Castrensi Pre-
misliensi in iurisdictione sese successores ac bona sua universa nunc et in post
habitis quo ad actum effectumque presentis inscriptionis incorporando et subijciendo
mente et corpore sanus existens publice per expressumque recognovit Quia
Generoso Joanni Zamiechowski et eius successoribus tenetur et est debi-
tus summam quadringentorum florenorum pecunie monete et numeri polonice certi
et liquidi debiti, presentibusque se successores suos ac bona sua omnia hereditaria
et obligatoria mobilia et immobilia nunc et in posterum habitis et in posterum
habendo obligat et inscribit eandem summam quadringentorum florenorum pecunie monete po-
lonice per die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime futuro dare sol-
vere, realiterque et in effectu hic ad acta presentia totaliter et plenarie re-
ponere, et reposita nullo modo, via, coloreque ex fide iube aut arestare
sub vadio similis summe quadringentorum florenorum pecunie in defectu solutionis
summe prefatis pro tempore supposito solutioni assignatis ad solvendum irre-
missibiliter et de facto succumbendo, et in unam summam capitale essentialeque de-
bitum vel octingentorum florenorum pecunie convertendo, extendeturque summa
prefata simul cum vadio inutiliter, in et super omnibus bonis hereditarijs et obligato-
rijs mobilibus et immobilibus ipsius Zamiechowski et eius successorum. Insu-
per prenominatus recognoscens se ac suos successores de omnibus bonis suis hereditarijs
obligat et inscribit ad manus Creditoris et eius successorum presentem inscriptionem ex
his Actis ad acta terrestria Premisliensia ante decursum unius Anni transferre
et transportare, similemque vel si opus fuerit prefato Creditori et eius
successoribus, meliorem recognitionem facere, sub vadio similis summe quadrin-
gentorum florenorum pecunie monete polonice, Pro quibusquidem vadio et vadijs
ex quacumque re et causa succubitis et succumbendo tum et summa essentia-
li, prenominatus Zamiechowski cum suis successoribus per eundem Creditorem vel eius
posteros citatus. Extunc, A iure suo quovis proprio et competenti rendo Coram
Castrensi Premisliensi officio. Cui se (Actis presentis respectu) cum bonis omni-
bus et successoribus quo ad rendendum pro premissis subijcit, in primo citationis
termino tanquam peremptorio stare parere et rendere, Ac pro prefato vadio
et vadijs ab officio non recedendo sub alio speciali vadio re ipsa toties quoties
opus fuerit dicto Creditori vel posteris eius satisfacere ad simplicem verbi
assertionem sive iuramento corporali ipsius Creditoris et eius posterorum tenebitur. et
eius successores erunt astricti, Terminum ipsum primum et alios subsequentes
terminos, Nulla re exquisita nec colore excogitato neque iudicio neque extra
iudicio, vera vel simplici infirmitatibus, Terris quibusvis Regalibus

Actione pro maiori terris restitutionis, bellorum expeditione bellica, incursu hostium,
Aura pestifera, Conventione generali vel particulari, Statutis Novis vel ve-
teribus laudatis et laudandis, Decretisque Mtis Regiae, Evocatione de terra et
districtu, Servitio Reipub. et Sacre Regie Mti etiam extra regnum, ab-
sentia a Regno, Ac alijs quibusvis legalibus impedimentis non differendo, Poena
trium Marcarum et triplici poena, Mala in lucro condemne Malo processu iuris
et eandem condemnationem lucri processumque indeterminatum ignorando et iuramento corpo-
rali non eradendo, Mala citatione et intempestiva eiusdem ignorantia citationis
ante terminum, sicque Concitationis, ad citationis cuiusvis usque ad decisionem finale
Nec illo statuto utendo, Nemo tenetur rendere ingressu Mtis vel eius
relatione de posita citatione, Motionibus, Appellationibus earumque pro adcit-
tionis prosequutione, Ac alijs omnibus generaliter dilationibus quotquot solu-
sunt et de iure consuetudineque observentur non utendo, immo se cum suc-
cessoribus omnibus iuris remedijs abrenunciando, sue successorum suorum sub amis-
sione totius Causae vel solutionem prefati vadij et vadiorum, quo vel qui-
bus solutis utique inscriptioni presenti, omnibusque eius contentis satisfacere
totiens quotiens opus fuerit tenebitur et successores tenebuntur. Nulla in pre-
missis omnibus prescriptione terrestri, abusu inscriptionis presentis obstante Quod
Memoriali firmatum est

Zozanski inscribit se Blazowski

Comparens personaliter coram officio et Actis presentibus Castrensi Premisliensi No-
bilis Roman Zozanski, mente et corpore sanus existens, A iure foro suis pro-
prijs quibusvis recedendo, Presenti vero Castrensi Premisliensi iurisdictioni se suc-
cessores ac bona sua omnia quo ad infrata tantum attinet incorporando et
subijciendo, publice per expressumque suo et Nobilis Andree Zozanski
fratris sui germani nominibus pro illius ratihabitione canendo, Ac se et suos
successores super omnibus bonis suis sub vadio infrato obligando, recognovit
Quia se et suos successores super omnibus bonis suis in manus Nobilis Jaz-
ko Blazowski dicti Belepa et eius successorum inscribit et obligat quod
vel ipse Andreas Zozanski tum et ipsemet Roman fratres germani vel
eorum successores tenebuntur eidem Jazko Blazowski vel eius successoribus hinc
in duabus septimanis proximeventur, inscriptionem coram officio et Actis pre-
sentibus super summam Centum et Novaginta florenorum pecunie monete et numeri
polonice in bonis suis iuris formam facere et recognoscere et ho-
sub vadio similis summe Centum et Novaginta florenorum pecunie in casu
non completionis premissorum per eundem Roman Zozanski vel eius
successores predicto Jazko Blazowski vel eius posteris ad solvendum suc-
cumbendo Nihilominus prefatus Roman Zozanski se et suos suc-
cessores super omnibus bonis suis inscribit et obligat presentem inscriptionem
ex his Actis ad acta terrestria Premisliensia ante decursum unius Anni
transportare, sub vadio simili Centum et Novaginta florenorum pecunie Pro
quoquidem vadio seu vadijs si se ipse recognoscens cum suis successoribus

Helepa inscribit se Zozanskim

736.

708

739 737